



# Disputatio medica inauguralis de inflammatione in genere

<https://hdl.handle.net/1874/343302>

DISPUTATIO MEDICA  
IN A U G U R A L I S  
D E  
INFLAMMATIONE  
IN GENERE,

Q U A M  
PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*  
JOHANNIS GEORGII GRAEVII,  
Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-  
ris Ordinarii.

N E C N O N  
*Amplissimi Senatus Academici Consensus, Nobilissimaeque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*  
PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
rite ac legitime consequendis,  
*Publica discussioni exponit*

G U I L I E L M U S V A N D E R H A G H E N, Megâ-Brab.  
*Ad diem 22. Decemb. horâ locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō Ibc xc.

*Spectatissimo, integerrimoque,*  
**V I R O,**

**D. ADRIANO VANDER HAGHEN,**  
parenti omni ævo colendo, vene-  
rando.

U T E T

*VIRO, natalium splendore eruditionis  
famâ, & humanitatis laude Excel-  
lentissimo,*

**D. D. GUILIELMO HENRICO  
WINCKELMAN,** Satrapæ, Cho-  
marcho, & curiæ prætori, nec non,  
feudorum præfecto Comitatus Megen-  
sis, cognato, gravissimo prudentissi-  
mo.

Cæterisque consanguineis & Amicis

*Hanc Disputationem Inauguralem unâ  
cum se ipso*

**D. D. D. T.**

**GUILIELM. VANDER HAGHEN. Auct. & Ref.**

*Typographi, c. p. l. c. x.*



# PROOEMIUM.



Quandoquidem a natura ita sit comparata corporis nostri fabrica, ut mille modis morbo affligatur, statu, ac variè humana cohors infirmitate torqueatur, sic animo decrevi affectus (quibus, nec alios frequentiores, nullo non tempore infestantes) proponere: quod ut feliciter contingat, non absque ratione puto, in re tantà Divinam omnipotentiam implorare ut operam studiumque meum ita dirigat, ut in sanctissimi nominis gloriam, suæque majestatis laudem ac tandem egrotantium salutem redundent.

A 2 DISPU-



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
INFLAMMATIONE  
INGENERE.

THESIS I.



Ruſtraneum fore rei minoris momen-  
ti (etymologiae nominis) inhaerere  
arbitror; ſed ejus loco quidpiam de  
chylicatione ſubjungere fas eſt, ut  
eo planior ad theſes illuſtrandas via  
ſternatur.

II.

Cibus itaque ore aſſumptus, dentibus comminutus, ac  
maſticatus, ſalivâ irroratus, tandem ope linguæ, muſculo-  
rumque gulæ, per œſophagum in ventriculum propellitur,  
ut particulae alimentorum ſubtiliores acutiſſimè vinculis ter-  
reſtribus incluſæ, mediante ſalivâ ingeſtâ ex vario genere  
particularum conflatâ, fermento ventriculo inherente, con-  
curſuque ſpirituum animalium, in motum fermentativum  
raperentur, huc & ſpectat diaphragma, quod continuo ſuo  
motu ventriculi oriſcium circumcingens contenta agit.

Chylus

III.

Chylus postquam jam dictam subierit fermentationem, tum propriâ fluiditate, tum ventriculi contractione in tubulum intestinale propellitur, ibidemque partim succo pancreatico, partim bile eo affluente, subtilior & tenuior factus vasa lactea subit; in medio vasorum discursu glandulas per mesenterium dispersas, limpham spirituosam fundentes, chylum tardiores irrorantes reperit, & sic versus comune receptaculum chyli propellitur cisternam cryliferam dictam, ubi deinceps copiosa limphâ dilutus per ductum thoracicum ad venam subclaviam dein in cavam trasferitur, chylum cum sanguine in cordis ventriculum dextrum irructans, in quo ope contractionis musculosæ, agitationis per moram subtilisatur, & arteriæ pulmonali in innumeras ramificationes pulmonum substantiam perreptantes, (per cujus poros sanguini vi aëria rubedinem consiliari experimentis confirmabile) divisæ distribuitur, deindè ab arteriæ pulmonalis ramulis venæ ejusdem nominis amplectuntur massam ad sinistrum cordis thalamum ulterius attenuandam perducentes, tandem per aortam ascendentem & descendentem omni œconomia nostræ distribuitur.

IV.

Sanguis itaque in arterias propulsus non potest non quin continuâ pressione particulæ limphaticæ in vasa ejusdem nominis propellantur, ut & particulæ tenuissimæ poris convenientes continuâ contractione extricentur, & a sanguine fercernantur, quas per poros musculorum, & meatus membranarum vagantes, corporis nutritioni inservire putamus.

## V.

Quandiu ergo limpha liberè per prædictarum partium interstitia circulum suum absolvat, eaque sat patula reperiat, tandiu minimè corpori nostro adfert incummodum, sed per salia transversim agentia & sua spicula fibrillis insignentia in suo intestino motu impedita, varia inflammationum pathemata producere potest, quæ hic referre sanè prolixum foret.

## VI.

Ut vero legitimum servemus ordinem, à definitione principium desumemus.

## VII.

Phlegmone, sive inflammatio, est limphæ, acris, acidæ aut particulis, corrosivis pregnantis, in hæc vel illâ corporis parte cum rubedine, tumore, calore & sensu acuto, &c. per tubulos angustiores propulsio.

## VIII.

Causæ verò ab iis in definitione explanatis, sunt partium membranosarum in quovis corporis nostri loco insignis rosio, expansio &c. ut & etiam ab æstu aëris immodico, 2. ab exercitiis nimis 3. abusu multo acriorum aromatum 4. ingurgitatione nimia spirituosorum liquorum per sæpe ortum trahunt, hæc dictæ plerumque sunt causæ procathartice & antecedentes, quas sequitur immediata facta stagnatio aut extravasatio cum subsequenti corrosione, hisse accedit copiosa bilis & spirituum animalium elaboratio proclivis, ad facilem motus flammei conceptionem, undè limpha in inflammationibus acido turgida a prædictis salibus vol. acris propellitur ut patet in spiritu salis \*ci si cum eo cura inflam-

## INAUGURALIS.

flammationum externarum tentetur, & sic inflammationibus anſa præbetur.

### IX.

Expanſio & vofio per ſe patent; cum eadem ferè quantitas per vaſa anguſtata quæ per latiora tranſeat, unde ſuperficies fluidarum particularum validam acquirunt attritionem, & ſybrillæ a continuo tranſitu vel ex obſtruxione plenariâ ab arrietantibus a tergo particulis dilatantur, temporis tractu deraduntur, & tandem rariores factæ difrumpuntur.

### X.

Ex cauſis non naturalibus primarium ſibi videtur vindicare locum aër, qui acido peregrino ſcatens, poſt corporis incalſcentiam incautè admiſſus ferè frequentior exiſtit inflammationum cauſa, ut docent hoc pleuritides, anginæ, &c. epidemico caractere contractæ.

### XI.

Uſque nunc plurimi neotericorum ſanguini immediatè hunc affectum adſcripſerunt & hanc cauſam proximiorẽ putarunt, ſed cum paulo exactius corporis noſtri ſtructura innotefcere inceperit, nunc omnes (qui ſanguinem pro materiali immediata inflammationum cauſa ponunt) falli videntur? quidni notamus inflammationes magis immediato vitio lymphæ faciliori coagulationi obnoxie, quam mediatis ſanguineis pravis qualibus, debere ſuum ortum, & confirmat nobis occasionalis cauſa aër, qui inſpirando plus lymphæ inſpiſſandæ acidæ, quam ſanguinis oleoſis falſamicis particulis ſcatentis circulo ſufflaminando inſiſtit, quod denotant catharri per auram frigidiorẽ ex lymphâ in conſutum ductâ contracti, ſanguine tamen per ſe liberè exeunte,



te, nihilominus tamen postmodum parum sufflaminetur.

## XII.

Ex præter naturalibus, autem rebus sufficientem addit causam decantatissima illa & adeo necessaria corporis transpiratio, in hoc malo impedita, quæ tot alias exhalaturæ felicitates retinentur, quorsum omnis ferè cura tendit, ut scilicet pori aperiantur ac referentur sicque exhalaturis viæ sternantur.

## XIII.

Huc spectant solitæ sanguinis evacuationes retentæ, ex crassitie tamen ab acido contractæ, unde minus augentur circulantes humores, nec non vasa nimis distenduntur, præprimis lymphatica, & hæc viâ sæpissime Inflammationes tragedias suas exercent.

## XIV.

Signa diagnostica quæ spectant pro ratione partium affectarum aliquando graviora aliquando leviora symptomata producere queunt: interim in internis gravioribus febres comitantes, fitis intensior ob salivam in motu suo magis retardatam, calor præter-naturalis, & sensus acuti &c. in externis aliquando mox dicta, oculorum facieiq. rubedo & tumor observantur, sed quandoquidem externo visui subsint, facile de iis esto iudicium: & cum omnia omnium Inflammationum symptomata ac signa diagnostica huc referre nimis longum foret, hissè superfedemus.

## XV.

Prognosim hoc loco tractare animus est, quæ valde dubia & sepe

ſepè reſpectu partis affectæ vel magis vel minus periculofa, attamen flocci facere temerarium: millena enim funeſtiſſima docent exempla, ſed quo ſymptomata prædicta ſint mitiora eo minor quo graviora eo major in prognoficando latet difficultas, nam ſepè in gravioribus deliria & convulſivi motus ſubſequentur, quæ in hiſſe inflammationibus peſſima præbent ſigna, quoniam ſalia ſummè acuminata, ſpiritus animales omnes, limpham cum ſanguine eſſe infecta, demonſtrant.

XVI.

Tandem ut huic miſero affectui ſuccurratur curæ nos accingemus, cujus intentio eo collimet ut ſtagnanti limphæ via reddatur patula, ut curſum ſuum liberè poſſit abſolvere, & partes, quibus obſtructa hæreat, deſerere queat.

XVII.

Potiſſimum hoc peragitur reſolventibus & craſſitiem humorum corrigentibus, poros noſtri corporis reſerantibus, acumina ſalium involventibus, puncta ſalina intricantibus, ut & particulas ſalino ramoſas diluentibus: attamen ſedulo cavendum, ne per nimiam motus retardationem ipſa circulatio humorum debita infringatur, nam in morbos chronicos fit degeneratio obviſcoſitatem & terreſtreitatem humorum nimis auctam, ideoque convenit leviter ipſis tradere aliquid ſalis alcali fixi vel terræ alcalinæ, ut pori aperiantur & acidum infringatur ut in curâ ipſa patebit.

XVIII.

Omnia hic viſcoſa & muſilaginofa conducunt, ut ſunt rad. falſeparill. lapp. maj. althe. malv. flor. roſ. ſymph. tuſſilag. &c. ſem. frigida maj. lini, cydonio, pſyllii, hord. mund.

B

ſem.

sem. papav. alb. amigdal. dulc. herb. 5. emollientes, brassicæ, lactuc. endiv. acetosæ portulac. flor. samb. papav. errat, vofar, salia acida & muriatica, sic & leviter astringentia vegetabilia & mineralia, quæ nempe salia interna nimis pungentia in motu suo parum figere valeant, ut sunt radi bistort. tormentill. bol. armen. flor. balaust. &c. hissè adjungenda veniunt anodina, quibus omnibus palmam præripit opium ut & crocus & cynogl. omnia ex pap. alb. præparata, copiosa itidem aqua & aquosa hissè morbis medelam infimam non adferunt, ob salis muriatici mixturam. Exinde diversâ formâ instructa medicamenta præparari queunt; vulgatissima autem composita huic usui inservientia sunt syrup. limon. viol. de alth. mirth. de vof. pap. errat. & albi, conserv. flor. cordial. ut & ros. viol. borag. calend. diascord. fracast. pulp. tamarind. prunor &c. pulveres ex astringentibus & leviter refrigerantibus, laud. oprat. &c. decoct. ex herb. rad. & flor. præced. varia confici possunt ut & emulsiones ex fructibus & seminibus supra nominatis oliosis: hissè adjungi poterunt leviter diaphoretica, attamen terrestria & acrimoniam salium mitigantia, ut ocul. 69. corall. rub. ras. tenuiss. C. C. ebor. dent apr. &c.

## X I X.

Dieta sit valde moderata, potu abstineat fermentato spirituofo, potius utatur euchymis & eupeptis gratâ aciditate imbutis cibis, exercitia modica, locus morantis infirmâ non admodum soli obversus, iracundia aliaque animi pathemata cane & angue pejora eritentur.

# COROLLARIA.

**I.**  
*Pulsus & lingua nihil certius denotant quam  
urina.*

**II.**  
*Omnes morbi calidi a sale & ol. vol.*

**III.**  
*Frigidi ab aqua & terrâ dependent.*

**IV.**  
*Utriq. autem obstructionem pro causâ primariâ  
agnoscant.*

**V.**  
*Unde morbus tantum unus statui potest.*

**VI.**  
*Falsa est Hypothesis plurimorum sensu externo ju-  
dicantium, menstruum est insipidum ergo nulla  
continet salia.*

**VII.**  
*Hinc etiam nil certè probant anthagonistæ clariss. D.  
sybii ubi succum pancreaticum insipidum gu-  
stantes pronuntiarunt nunquam adidum illnm  
esse.*

VIII.

*Nulli dantur humores in nostro corpore in statu naturali aut præternaturali tam acidi, ut non effervescent cum acidis.*

IX.

*Acidum in quibusdam nostri corporis humoribus absolute est necessarium.*

X.

*Non omnia acida ex praxi Medica sunt proscribenda.*

XI.

*Fermentum naturale præter salivam nostram, in toto corpore non reperitur.*

XII.

*Fermentationis effecta extra primas, vias sunt noxia;*

XIII.

*Non solum acida sed & alcalia nocere possunt.*

